R. P. HYACINTI DONATI, LAYNENSIS, ORD. PRÆD.

PRAXIS REGULARIS IN QUATUOR TOMOS DIVISA.

R. P. HYACINTI DONATI, LAYNENSIS,

ORD. FRAT. PRÆDICATORUM,
SAC. THEOL. MAG. AC U. J. D.

Quondam in Generali Studio Sancti Dominici Civitatis Coſentiæ Regente, ac utriuſque Provinciæ Calabriæ Provinciali,

RERUM REGULARIUM PRAXIS RESOLUTORIA;

IN QUATUOR TOMOS DISTRIBUTA.

IN QUIBUS OMNES ET SINGULÆ MATERIÆ, QUÆ IN REBUS Regularibus occurrere poſſunt, ſub diverſis Tractatibus ſuccinctè ac dilucidè proponuntur, reſolvuntur, ac deciduntur.

Opus nedum Prælatis Regularibus, illorumque ſubditis, Eccleſiaſticis, cæteriſque Ordinum Superioribus; verùm etiam cauſarum Patronis, omnibuſque Judicibus in utroque foro verſantibus utiliſſimum, imo maximè neceſſarium:

Accedunt duo Indices locupletiſſimi Tractatuum & Quæſtionum, Rerumque omnium notabilium.

TOMUS PRIMUS

Cujus Tractatuum Elenchum verſa pagina indicabit,

NUNC PRIMUM IN GERMANIA PRODIT.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud HERMANNUM DEMEN, ſub ſigno Monocerotis.
ANNO M. DC. LXXV.
Permiſſu Superiorum.

Es dela Libreria del Col.o R.l dela Comp.a de Jhs de Salam.ca
Diole el P.e Diego de la Fuente Hurtado
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ELENCHUS TRACTATUUM & Quæſtionum, quæ in hoc Tomo Primo continentur.

De
- Legib. in genere.
- Nat. privileg.
- Privil. ad inſtar.
- Diviſ. Privil.
- Cauſ. act. & paſſ. privil.
- Extenſ. privil.
- Communicat. privil.
- Interpret. privil.
- Clauſul. privil.
- Diction. privil.
- Confirm. innovat. & uſu privil.
- Amiſſ. & ceſſat. privil.
- Revocat. privil.
- Derogat. Jur. privil. & decr. Conc. Trid.
- Oracul. vivæ vocis.
- Revoc. orac. vivæ voc.

De
- Monaſter. ædificand.
- Privil. Monaſt.
- Clauſ. Monaſt.
- Viol. clauſ.
- His, qui tranſeunt ex uno, &c.
- Apoſtatis à Relig.
- Fugit. à clauſtro.
- Ejectis à clauſtro.
- Galeot. Relig.
- Appellat. eorumdem.
- Succeſſ. Monaſt.
- Oblig. Monaſt.
- Exempt. Relig. Monaſt.
- Rebus Monaſt. non alien.
- Largit. muner. Relig.
- Datis, & promiſſ. pro gratia.
- Conſervat. Monaſt.

Es de la Libreria del Col.



SERENISSIMO, AC EMINENTISSIMO

BERNARDO GUSTAVO,

S. R. E. CARDINALI,

S. R. I. PRINCIPI;

Inclytiſſimarum Eccleſiarum Fuldenſis, Campidonenſis, & Sigburgenſis Archi-Mandritæ, Abbati, Adminiſtratori; Auguſtiſſimæ Romanorum Imperatricis Archi-Cancellario & Mareſchallo: per Germaniam & Galliam

PRIMATI:

Jn Baden Durlach & Hochberg

MARCHIONI.

Jn Sauſenberg LANDGRAVIO; in Eberſtein & Sponheim

COMITI,

Jn Rötelen / Badenweiler / Lahr / Malberg / &c.

DOMINO:

Metropolitanæ Electoralis Colonienſis, nec non Cathedralis Argentinenſis reſpectivè Canonico & Capitulari, &c.

Domino Clementiſſimo, Mecœnati gratioſiſſimo.

NUllum mihi ſtudium, *Sereniſſime ac Eminentiſſime Princeps Cardinalis*, hæſitatio nulla fuit, cui *Sapientiſſimum DONATUM Rerum Regu-*

RERUM REGULARIUM PRAXIS RESOLUTORIA.

PARS PRIMA

DE PRIVILEGIIS RELIGIOSORUM;

TRACTATUS PRIMUS

DE LEGIBUS IN GENERE.

QUÆSTIO PRIMA,

Quid ſit lex, & unde dicatur?

1. D. *Thom. 1. 2. q. 90. art. 4. in corp.* docet, quòd lex ſit ordinatio rationis ad bonum commune, ab eo, qui curam communitatis habet, promulgata.

Et dicitur ordinatio, quia lex eſt regula humanorum actuum directiva, & ordinativa, ſecundùm quam homo, vel ad aliquod bonum agendum inducitur, vel ab agendo aliquod malum retrahitur, ut idem *D. Thom. in d. q. 90. art. 1.*

Dicitur rationis, ad ſignificandum, legem conſiſtere eſſentialiter, & præcipuè in actu intellectus, etſi antecedenter præſupponat, vel conjunctum habeat actum voluntatis, ut conſtat ex *ff. de conſtit. Princ. § ſed & quod, inſtit. de jur. natur. gent. & civil.* ubi dicitur, *quod Principi placuit legis habet vigorem,* & de facto, ad legiſlator præcipit, quod fieri vult, vel voluit.

2. Dicitur ad bonum commune, ad oſtendendum finem, gratiâ cujus, leges inſtitui debent: non enim lex debet inſtitui in privatum commodum aliquorum, ſed in communem utilitatem, ex *Ariſt. 4. Polit. cap. 10.* & habetur in *can. erit autem lex, diſt. 4.* ubi dicitur, *quòd lex nullo privato commodo, ſed pro communi utilitate civium, debet eſſe conſcripta.* Lex enim eſt opus poteſtatis publicæ; poteſtas autem publica ex ſe in bonum publicum eſt ordinata, ſic & leges ab ea procedentes, debent in commune bonum, & publicam utilitatem ordinari, prout eleganter obſervat idem *D. Thom. in d. q. 90. art. 2.*

3. Dicitur ab eo, qui curam communitatis habet, ad ſignificandum, legem habere vim, etiam coactivam, qua ſubditi coguntur præſtare opus à lege præſcriptum; iſthæc autem vis, & efficacia, nequit inferri à privata perſona, ſed ab illo tantùm, qui totius Reipublicæ curam gerit: proinde is ſolus poteſt leges condere, *D. Thom. in d. q. 90. art. 3. ad 2.*

Et additur, quòd condere leges, eſt actus juriſdictionis ſupremæ, immò pertinet ad primum gradum meri Imperii, ut docet *Bart. in l. Imperium, n. 8. ff. de juriſdict. omn. Jud.* & habetur in *l. 1. § poteſt ff. eod.* actus autem ſupremæ juriſdictionis non poteſt exerceri, niſi ab eo, qui Gubernator eſt communitatis, ceu eſt Princeps, vel qui ab ipſo ad id poteſtatem habent, prout dicitur in *l. 2. § noviſſimè ff. de orig. jur. & D. Thom. 2. 2. quæſt. 51. art. 2.*

4. Dicitur promulgata, nempe voce, vel ſcripto, nam niſi lex ſufficienter ſit promulgata, & innoteſcat iis, quibus conſtituitur, vim legis non habet, & habetur *Canon. in iſtis, diſtinct. 4.* ubi dicitur, tunc leges inſtitui, quando promulgantur, quia lex cùm ſit regula humanarum operationum, debet applicari; nam regula, niſi actualiter applicetur ad menſurandum, vana eſt, & inutilis, applicatur autem per promulgationem; ut idem *D. Thom.* docet *in tit. loc.*

5. Lex tandem dicitur à legendo; fit enim ad hoc, ut publicè legatur, ut omnibus nota ſit, & ab omnibus obſervetur.

Quæſt. 2. Lex quotuplex ſit?

1. ET quòd ſit quadruplex, docet *D. Thom.* per totam *quæſt. 91. in 1. 2.* nempe æterna, naturalis, humana, & divina, prout colligitur ex Scriptura ſacra, nam de lege æterna, quæ eſt Divina ſapientia, dicitur *Proverb. 8. Dominus poſſedit me ab initio viarum ſuarum, & antequam quidquam faceret, ab æterno ordinata ſum:* & paulò pòſt, *quando ponebat legem aquis, cum ipſo eram cuncta componens.*

R. P. HYACINTI DONATI LAYNENSIS,

ORD. FRAT. PRÆDICATORUM,
SAC. THEOL. MAG. AC U. J. D.

Quondam in Generali Studio Sancti Dominici Civitatis Coſentiæ Regente, ac utriuſque Provinciæ Calabriæ Provinciali

RERUM REGULARIUM PRAXIS RESOLUTORIA;

IN QUATUOR TOMOS DISTRIBUTA.

IN QUIBUS OMNES ET SINGULÆ MATERIÆ, QUÆ IN REBUS Regularibus occurrere poſſunt, ſub diverſis Tractatibus ſuccinctè ac dilucidè proponuntur, reſolvuntur, ac deciduntur.

Opus nedum Prælatis Regularibus, illorumque ſubditis, Eccleſiaſticis, cæteriſque Ordinum Superioribus; verùm etiam cauſarum Patronis, omnibuſque Judicibus in utroque foro verſantibus utiliſſimum, imò maximè neceſſarium.

Accedunt duo Indices locupletiſſimi Tractatuum & Quæſtionum, Rerumque omnium notabilium.

TOMUS SECUNDUS,

IN DUAS PARTES SUBDIVISUS.

Cujus Tractatuum Elenchum verſa pagina indicabit,

NUNC PRIMUM IN GERMANIA PRODIT.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Apud HERMANNUM DEMEN, ſub ſigno Monocerotis.

ANNO M. DC. LXXV.

Permiſſu Superiorum.

ELENCHUS TRACTATUUM & Quæſtionum, quæ in Tomi Secundi Parte Prima & Parte Secunda continentur.

De
- Nat. elect. canon.
- Loco elect.
- Tempore elect.
- Electoribus.
- Eligendis.
- Electis.
- Confirm. elect.
- Dominio in genere.
- Prælatis.
- Poteſtate Prælat.
- Poteſt. diſpenſ. & abſol.
- Author. Cap. Generalis.
- Recip. ad habit. Relig.
- Bull. & Decret. Recip.
- Qualit. Recip.

De
- Informat. & examin. Recipiendorum
- Magiſt. Novitiorum
- Privil. Novitiorum
- Bonis Novitiorum
- Domibus Novitiorum
- Novitiatu Recip.
- Profeſſ. ſolemni
- Profeſſ. nulla
- Reclamat. Profeſſ. nullæ
- Oblatis Religioſorum
- Converſis eorundem
- Tertiariis intrà ſepta.
- Tertiariis extrà ſepta.
- Sororibus in ſæculo.

INDEX TRACTATUUM

Et Quæſtionum, quæ in Tomi Secundi Parte Prima continentur.

TRACT. I. De Natura & forma electionis Canonicæ. fol. 1.

Quæſt. 1. E*Lectio quid ſit?* pag. 1. col. 1.

2. *Forma electionis canonicæ quotuplex ſit?* pag. 2. col. 2.

3. *Forma dict.* cap. quia propter, *an ſit obſervanda in omni electione quorumcunque Prælatorum?* pag. ead. col. 2.

4. *Forma electionis ſita in dict.* cap. quia propter, *an ſit neceſſariò obſervanda in electione, & proviſione devoluta ad P. Generalem, & P. Provincialem, aut Diffinitores Capituli?* pag. 3. col. 1.

5. *Forma dict.* cap. quia propter, *an ſit abrogata à Sacro Conc. Trid.* ibid. col. 2.

6. *An ſit de forma, quòd vota Eligentium præſtentur ſecretò?* pag. 4. col. 1.

7. *Pone, quòd quis Eligentium ſuum votum palam præſtet, vel quòd alteri oſtendat, an exindè electio ſit irrita?* ibid. col. 2.

8. *Electio Abbatiſſæ, an debeat fieri per vota ſecreta?* pag. 5. col. 1.

9. *Electio canonica, an neceſſariò debeat eſſe libera?* ibid. col. 2.

10. *Electio coarctata ad tres, vel quatuor perſonas, cum excluſione cæterorum, an valida ſit?* pag. 6. col. 2.

11. *Electio, in qua non proceſſit debitus tractatus, an ſit nulla?* pag. 7. col. 2.

12. *Electio per ſortes facta, an ſit valida?* pag. 8. col. 1.

13. *Forma eligendi per communem inſpirationem, quænam ſit?* pag. 9. col. 1.

14. *Forma eligendi per compromiſſum quænam ſit?* ibid. col. 1.

15. *Electio per compromiſſum, & communem inſpirationem, an ſit abrogata à Trid. in dict. cap. 6. ſeſſ. 25. de Reg.?* pag. 19. col. 2.

16. *Electio per modum compromiſſi mixti, an ſit valida?* pag. 10. col. 1.

17. *Electionis ſcrutinalis ſubſtantialia, quænam ſint?* ibid. col. 2.

18. *Quænam ſint de ſolemnitate, & juſtitia electionis canonicæ?* pag. 12. col. 2.

19. *Electio nulla ob inobſervantiam formæ, an valeat in foro conſcientiæ?* pag. 14. col. 2.

20. *Electio ſimoniaca, antè Judicis declarationem, an ſit ipſo iure nulla?* pag. ead. col. ead.

21. *Simonia unde dicatur, quid ſit, & quomodo contrahatur?* pag. 14. col. 1.

22. *Electio, in qua Electores ità paciſcuntur; ſi tu eligas me in Provincialem, ego te eligam in Priorem, an ſit ſimoniaca?* pag. 16. col. 1.

23. *Vexationem, quam quis in electione patitur, an ſit licitum pecunia emere, abſque labe ſimoniæ?* pag. 17. col. 1.

24. *Vexatio, ad hoc, ut in electione pretio redimi poſſit, an debeat eſſe actualis, vel ſatis eſt, ut probabiliter timeatur?* pag. 19. col. 2.

25. *Simoniaci in quas pœnas incidant?* pag. 20. col. 1.

26. *Pœnæ dictæ extravag. an habeant locum in ſimonia conventionali, vel tantùm reali, utrinque completa, & perfecta?* pag. 21. col. 2.

27. *Sub nomine beneficii Eccleſiaſtici an comprehendantur Regularium dignitates?* ibid. col. 1.

28. *An verò officium Vicariatus alicujus Loci, vel Monaſterii Regularis ſimoniacè obtentum, ſubſit pœnis prædictis?* pag. 22. col. 1.

29. *Mediatores ſimoniæ, in quas pœnas dant?* pag. 22. col. 2.

30. *Pœna inhabilitatis ad beneficia, tam obtenta, quàm in poſterum obtinenda, appoſita contrà ſimoniacos, in Bulla Pii V.* Cum primum, *an incurratur antè declarationem Judicis?* pag. ead. col. 2.

31. *Prælati Regulares, an poſſint ſuos ſubditos à cenſuris abſolvere, & in pœnis ſimoniæ diſpenſare?* pag. 23. col. 2.

32. *Electio alternativa, quænam ſit; & ad quid inventa; & quando valida?* pag. 25. col. 1.

33. *Electio ſcrutinalis ſi fiat per fabas, vel calculos, aut lupinos, an ſit valida?* ibid. col. 2.

TRACT. II. De Loco Electionis fol. 26.

Quæſt. 1. E*Lectio in quo loco eſt celebranda?* pag. 26. col. 1.

2. *Electio celebrata in loco interdicto, an ſit valida?* pag. ead. col. ead.

3. *Capitulum quid, & quotuplex ſit. Et pro quo ſupponat?* pag. ead. col. 1.

4. *Quænam ſint de ſubſtantia Capituli, ad hoc, ut actus factus dicatur Capitularis?* ibid. col. 1.

5. *Ad quid inventa ſint Capitula?* pag. ead. col. 2.

6. *Ad conſtituendum Capitulum, vel Collegium quot perſonæ ad minus requirantur, ad hoc, ut actus dicatur Capitulariter factus valeat, & ſuſtineatur?* pag. 27. col. 1.

7. *Nomine Capituli quinam veniant?* pag. ead. col. 1.

8. *Poteſtas, & authoritas Capituli apud quem reſidet, & reperitur?* pag. ead. col. 2.

9. *Quænam ſit pars major & ſanior Capituli, & quomodo cognoſcatur?* ibid. col. 2.

10. *Authoritas & poteſtas Capituli, an poſſit in aliquo caſu reperiri, & eſſe in minori parte Capituli; aut etiam in uno ſolo Vocali ſuffragante?* pag. 28. col. 1.

11. *Minor pars ſi fortè diſſentit, an teneatur ſubſcribere determinationi factæ à majori parte Capituli?* ibid. col. 1.

12. *Sed pone, quòd quis non vult conſentire determinationi facta*

RERUM REGULARIUM PRAXIS RESOLUTORIÆ TOMUS SECUNDUS;

De Electione & Poteſtate Prælatorum Regularium.

TRACTATUS PRIMUS

DE NATURA, ET FORMA ELECTIONIS CANONICÆ.

Quæſtio 1. Electio quid ſit?

1. Electio communiter ſumpta, hoc eſt, quatenus ſub ſe comprehendit electionem cujuſcunque rei, eſt multorum placentium in ordine ad finem, unius præacceptio, ut conſtat ex ipſo nomine, & docet *Ariſt. 5. Ethic.* & *D. Thom.* 1. 2. q. 13. *art. 3. in corp.* ſicut ſi ad iter habendum occurrant ſimul duo media, nempe equus, & navis, & magis placeat navis, & præaccipiatur, ut citiùs fiat iter; in tali caſu, navis dicitur eligi; quia electio de intrinſeca ſui natura, liberum exigit arbitrium, ſecùs non electio, ſed neceſſitas diceretur. Unde *B. Albertus Magnus, cap. 23. Top.* dicit, *quòd eligere eſt duorum, vel plurium, quæ ſunt propoſita, alterum, vel alterum præoptare,* & *D. Thom. ubi ſuprà.* ait, *quòd in his, quæ ſunt penitùs determinata ad unum, electio locum non habet.*

2. Electio autem Canonica multipliciter conſiderari poteſt, largiſſimè, largè, & propriè: primo modo ſumpta, præſupponit pro quacunque vocatione, aut inſtitutione ad beneficium Eccleſiaſticum, ut in *cap. Cùm Eccleſia, 31. de elect.* ubi collatio Canonicatus appellatur electio, ibi, *Vterranus Epiſcopus, Canonicum quoſdam elegit,* cùm potiùs creatio Canonici appellanda ſit; & in *cap. quærelam 24. eod. tit.* ſupponit pro præſentatione ad beneficium, ibi, *ſed ipſe per electionem populi,* hoc eſt, per præſentationem: ſecundo modo ſupponit pro omni eo, ad quod alicui jus tribuitur per ſuffragium, vel alterius confirmationem, uti eſt in quibuſdam Eccleſiis, in quibus Dignitas, v. g. Decanatus, aut Præpoſitura electiva eſt, & confirmatio ad Epiſcopum pertinet, ut in *cap. anſſo. & ſeq. diſtinct. 63.*

3. Tertiò verò modo, electio eſt alicujus perſonæ ad prælationem, vel ſocietatem fraternam vocatio canonicè facta, hoc eſt, habita ſecundùm formam præſcriptam in ſacris Canonibus, & præcipuè in *cap. quia propter, de elect.*

4. Electio propriè ſumpta differt à præſentatione, quia jus præſentandi, ceu eſt jus patronatus, ex gratuita Eccleſiæ conceſſione, pertinet etiam ad laicos, qui Patroni ſunt, id eſt, Fundatores, Conſtructores, aut Datores Eccleſiarum, & Beneficiorum, ut latè *Gloſſ. in cap. Piæ mentis, 26. cauſ. 16. q. 7.* ubi latè de Jure Patronatus, & an ſit ſpirituale, vel temporale, aut mixtum, & *Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 12. de reform.*

5. Jus autem eligendi laicis, Eccleſia non concedit, prout expreſsè dicitur in *cap. Maſſana, 56. de elect.* ibi, *Edicto perpetuo prohibemus, ne per laicos Pontificis electio præſumatur, quæ ſi fortè præſumpta fuerit, nullam obtineat firmitatem,* ubi *Gloſſ. in ver. per laicos,* rationem aſſignat, quia ſcilicet jus eligendi in Eccleſia, eſt merè ſpirituale, & laici non ſunt capaces poſſidendi jura merè ſpiritualia, & ſecus fateri, eſt hæreſis Lutherana.

6. Secundò, quia per electionem publicatam acquiritur jus electo, *cap. publicato ſcrutinio, 58. de elect.* ſecùs autem per præſentationem; nam ubi Patronus laicus aliquem collatori ordinario præſentavit inſtituendum, non prohibetur alium præſentare, prout expreſsè dicitur in *cap. cùm autem, 24. de iure Patron.*